



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 59. Pater Lainesius in Vicarium Generalem electus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. me inter filiorum suorum brachia expi-
A.C. 1556. ravit, prima ab ortu solis hora, eique
hoc anno dies vigesima prima Julii, quæ
erat feria sexta, exitialis extitit, cum
annum ætatis suæ sexagesimum quin-
tum ageret, & fluxissent post factam
conversionem triginta quinque anni, ac
sedecim post fundatam Societatem suam,
quam per universum ferme Orbem dif-
fusam, atque in duodecim Provincias
divisam cernebat, ac tum plusquam cen-
tum Collegia præter Professorum domos
numerabat.

Vix mortis hujus fama per Roma-
nam urbem volaverat, cum illico virum
sanctum fuisse mortuum omnium ora
proclamarent: postea corpus ejus dis-
cabantur, ubi viscera pene adusta, jecur
induratum, ac in eo tres lapilli inve-
niebantur: his peractis ejus cadaver, ut
populi pietati satis fieret, aliquaindi ex-
ponebatur, cunctis illud cernere, ejus-
que manus osculari gaudentibus. De-
mum sepultum fuit in Professorum
domus Ecclesia ad latus dexterum aræ
maximæ, eademque die Benedictus Pal-
mius, qui in eadem Domo morabatur,
orationem funebrem habuit.

§. LIX.

*Pater Lainesius in Vicarium Genera-
lem electus.*

Post



Post Sancti Ignatii obitum de eligendo Sæcul. XVI
 Societatis Præposito generali age- A.C. 1556.

batur: equidem sanctus Vir pro Socie- *Sacchini hist.*
 tatis rebus cum plena potestate admi- *Soc. l. 3. n. 22.*
 nistrandis Patres Joannem Polancum, *44. & 45.*
 Christophorum Madridium, & Hierony- *Ribad. ait.*
 mum Nadalem nominabat, seu potius *P. Lain. l. I.*
_{c. 12.}
 eorum nominationem approbabat: ve-
 rum Patres ibidem congregati in Vica-
 rium Generale feligebant Patrem Lai-
 nium, seu Lainesium, cum autem ille
 tum gravi morbo decumberet, suprema
 regiminis potestas Joanni Polanco, &
 Madridio interim deferebatur, donec
 Vicarius pristinæ restitueretur valetudi-
 ni: qna etiam paucis post diebus recu-
 perata per Patrem Polancum ad omnes
 Societatis Provincias perscribi, ac Con-
 gregationem indici jussit, in qua proxi-
 mo Mense Novembri Præpositus Gene-
 ralis eligeretur: cum autem tunc bel-
 lum inter Papam, & Philippum II. fer-
 veret, ac Patres Hispani tuto Romam
 venire non possent, Lainius vero
 omnes Hispaniæ Provinciales, ceteros-
 que huic conventui interesse percuperet,
 hinc eadem Congregatio ad biennium
 dilata est.

§. LX.

*Jesuitarum Generalis ele~~ctio~~ jussu
 Pontificis Romæ facta.*

Inte-

